



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XXIX. Markgraf Ludwig d. R. überläßt für sich und seinen Bruder Otto dem Kaland zu Eberswalde das Patronat des Altares Jacobi und Stephani in der Pfarrkirche daselbst, am 16. September 1359.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

XXVIII. Markgraf Ludwig d. N. verspricht für sich und seinen Bruder Otto dem Rath zu Eberswalde Grundabgaben in einem bestimmten Betrage, welche für das St. Georg-Hospital erworben werden sollen, diesem zu vereignen, am 24. Mai 1359.

Ad perpetuam rei memoriam, noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludowicus Romanus, dei gratia brandenburgensis et Lusatiae Marchio, sacri Romani imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bavarie Dux, nostro et fratris nostri carissimi Ottonis nomine attendentes et considerantes fideliam et frequentiam servitium nobis exhibitam per fideles nostros dilectos consules et universitatem civium nostrorum in Everswolde et adhuc in antea nobis faciendam et fideliter exhibendam, eisdem Consulibus Magistris unionum et communitati nostrorum civium in Everswolde presentibus et futuris talem gratiam fecimus et facimus specialem, quod ubicunque et a quibuscunque in terris nostris, cujuscunque conditionis et status existant, emergere et comparare poterunt ipsorum pecunia tria frusta annuorum reddituum, proprietatem eorundem ipsis donare volumus et donamus etiam per presentes, quod eadem tria frusta, dummodo eis non sunt annexa onera servitii nostri Vassallatus aut debita nostrarum precariarum, iusto proprietatis titulo ad altare fundatum vel fundandum in honore Sancti Georrigi in domo leproforum ejusdem sancti Georrigi, ante portas et valvas inferiores oppidi nostri Everswolde predicti situata, iusto proprietatis titulo perpetue debeant pertinere. Et si necessarium eisdem consulibus fuerit, cum emerint predicta tria frusta ut predicatur et nos requisierint, tunc litteras et privilegia eis super eadem proprietate dare volumus in bona forma cum omnibus necessariis clausulis et consuetis. In cujus rei evidentiam sigillum nostrum presentibus est appensum, presentibus strenuis viris Hassone de Wedel de Valkenborgh, Ludovico de Wedel, Henningho de Uchtenhagen, Marquardo Luterbeck, militibus, Wedegone de Wedel, Tiderico Morner, Preposito Bernowensi, Prototonotario nostro, cum pluribus fide dignis. Datum in Opido Bisdal, Anno domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo nono, feria sexta post dominicam qua cantatur Cantate.

Aus v. d. Hagen's Besch., S. 267.

XXIX. Markgraf Ludwig d. N. überläßt für sich und seinen Bruder Otto dem Kaland zu Eberswalde das Patronat des Altars Jacobi und Stephani in der Pfarrkirche daselbst, am 16. September 1359.

Ad perpetuam rei memoriam, noverint universi et singuli tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludowicus Romanus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, sacri Romani imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bavarie Dux, Nostro et fratris nostri carissimi Ottonis nomine deliberato animo, consiliorum nostrorum accedente consilio, Decano et fratribus Kalendarum bresbyteris in Everswalde quolibet anno solitis convenire, qui pro tempore fuerint, in honorem omnipotentis dei, genitricis ipsius beatissime Virginis Marie et omnium sanctorum ac in remedium salutare animarum, progenitorum ac progenitarum nostrorum et nostrarum, nostre, heredum et successorum nostrorum ac antecessorum pie recordationis Marchionum Brandenburgensium

fium, quorum et quarum memoriam solempnem in Vigiliis et Missis et divinis officiis peragere debent perpetue idem decanus et fratres in singulis conventionum ipsarum terminis annuatim, Deditimus et solempni donacione donamus Jus patronatus altaris consecrati in honore sanctorum Jacobi Apostoli et Stephani Prothomartiris situati in Ecclesia sancte Marie parochiali Everswalde, quod in antea dum facultas se obtulerit ad idem altare personam ydoneam dyocesano loci presentare poterunt et debebunt, transferentes in eosdem Decanum et fratres Kalendarum, Presbiteros tamen solum et in solidum, merum et plenum Jus nostrum, quod in Jure patronatus altaris habuimus supradicti, quod ad eos perpetue et pacifice pertinere debebit. In cujus rei evidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Everswold, anno a nativitate Domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo nono, feria secunda post festum exaltationis sancte crucis. Presentibus Nobili Ottone Weynt, Domino de Ylenborch, ac strenuis Haffone de Wedel, residenti in Valckenborch, Johann Hufeneri, Frissone de Bertkow, militibus, Thyderico Morneri, Preposito Bernowenfi, Prothonotario nostro ac pluribus fide dignis.

Aus von der Hagen's Beschreibung, S. 265.

XXX. Markgraf Ludwig d. R. vereinigt für sich und seinen Bruder Otto dem Altare des Hospitals St. Georg bei Eberswalde zwei Wispel jährlicher Roggenpacht aus einer Mühle zu Klobbische, am 22. Mai 1360.

Noverint universi et singuli tenorem presentium inspecturi, Quod nos Ludowicus Romanus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, sacri romani imperii Archicamerarius, Comes pallantinus Reni et Bavarie dux, nostro et dilecti fratris nostri Ottonis, Marchionis Brandenburgensis, nomine, ob jugem et perhennem Magnificorum principum, Marchionum Brandenburgensium predecessorum nostrorum bone recordationis, nostre, heredum ac successorum nostrorum memoriam, appropriavimus et presentibus appropriamus duos choros siliginis annui pactus, sitos in molendino dicto Vorde, sito prope villam Clobbik, quos quidem duos choros siliginis discreti viri consules civitatis nostre Eberswold a Strenuis viris Buffone et Zcabellone, fratribus, dictis Palmdach, sua propria pecunia comparaverunt, ad altare suum in Capella sancti Georrigi foris dictam Civitatem Everswold cum omnibus juribus, graciis, commodis et honoribus ad dictos duos choros pertinentibus perpetuis temporibus sine impedimento quolibet quiete et pacifice pertinendos. Renunciantes pro nobis, dicto fratre nostro, heredibus et successoribus nostris omni juri, accioni et impetitioni, quod vel que nobis in dictis duobus Choris competunt seu competere poterunt in futurum. In cujus rei Evidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Presentibus Reverendo in Christo patre et domino, Domino Henrico Episcopo Lubucenfi, Strenuisque viris Haffone de Valkenborch, Haffone de Uchtenhagen, Hermannno de Wulkowe, Militibus, Henrico de Schulenborch, cum ceteris fide dignis. Datum Everswold Anno domini MCCCLX, feria sexta ante festum Penthecostes.

Aus v. d. Hagen's Beschreib., S. 269.